

2805 . . . [F]lorus patri pie . . . ia . . . | memoriam pos. in sib[ī] c[ollegi]s . . . re. | Si quis aute hanc sepulturam move. | temptaverit, in-ferre debe[bit] f[isco] a[uri] libr. VI. Fl. Iovinianus bearcus | draconarius ex numero | Octava Dalmatas¹, militavit annos | XX, vixit anos XL, posuit memoria | Iovinus prot. parens suus.

Concordiae, arca rep. una cum N. 2796 seq. (V 8760 vidit Mommsen; Bertolini Notizie 1890 p. 545). — 1) Alius biarchus eiusdem numeri (de n. brac. sen. equit.) est in titulo Concordiensi Notizie 1890 p. 474. Equites brachiatos seniores recenset Notitia Occidentis inter vexillationes palatinas intra Italiam, equites Octavo-Dalmatas (cf. supra N. 664 not. 5) eadem inter vexillationes comitatenses intra Galliam habitas (c. VI. VII p. 34. 39 Boeck). — 2) Scr. senator (cf. N. 2796). Senator de numeru bis electum(?) est C. VIII S. 1744.

2806 + b. [m.]¹ | hic requiescit | in pace Macrobis | primicerius² primi Tho[dosianorum] numeri³, qui | vixet annis pl. m. quinqu[aginta] tantum, deposit. | est sb. idus Maias, sex. p. c. Bas[ilii] iun. v. c.⁴ ind. decima. +

Florentiae (XI 1693 vidit Bormann). — 1) Bonae memoriae. — 2) De primicerio cf. supra N. 2796 not. 4. — 3) Primi Theodosiani memorantur in Notitia Orientis V, 64 (p. 20 Boeck.) inter auxilia Palatina decem et octo. — 4) Sextus post consulatum Basilii iunioris est a. p. Chr. 547.

2807 Bantio draconarius | hic requiescit in pace, | qui vixit annos trigin[ta] quinque cum suis.

Romae (Eph. epigr. 4, 949 vidit de Rossi).

2808 Iohannis | mil. de num. | Cadisiano¹ | cum uxore | sua Severina | fecer., p.² XXV.

2809 Laurentius mil[is] de numero | Tarvisiano¹, et filius dom[ini] fecit, p.² XXV.

2810 Iohannis | milis de nu[m]ero equit. | Perso Ius[ti]niani¹, vo[tum] solvit.

Gradi in ecclesiae patriarchalis pavimento (V 1590. 1593. 1594 descriptae saec. XV et rursus saec. XVIII, N. 2808 etiam saec. XIX). — 1) Numeri hi praeterea ignoti. Tarvisianus numerus nomen sine dubio traxit a Tarvisio oppido Venetiae, memorato saepius temporibus bello Gothici (Procop. 2, 29. 3, 4. 2). Numerus equitum Perso-Iustinianus videtur a Iustiniano e Persis conscriptus esse; similiter numeri equitum e Vandalis conscripti appellati sunt Vandali Iustiniani (Procop. bell. Vand. 2, 48). — 2) Pedes (ita perscriptum est in titulo eiusdem pavimenti C. V 1588). Ceterum, ut apparet ex N. 2810, hi tituli non fuerunt sepulcrales sed votivi.

2811 + Buraido millex | de num. Hipp. reg.¹, | vixit in pace | ann. XL, milita[bit] X[CII]², quiebi | sbd. III n. Iul. indi[tio]n. nona.³

Prope Hipponem Regium rep. (VIII 5229 cf. VIII S. 17401 vidit Villefosse, ectypum vidit Schmidt). — 1) Numerus Hipponensium regionum praeterea ignotus. — 2) Militavit (annos) XVIII. — 3) Quievit sub die III nonas Iulias indictione nona.